



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Hispanica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

178 POLAE IN DALMATIA

assueui, prudens, imprudens, mortuus item vos fallo. Nam non vos vocat, quod vacat ore. Verum is, quouis cinis hic latet, olim quomodo potuit, nunc huc vos vocari voluit, valuitque. Hæc olim sua voluntas volentis vos legere hoc scriptum, (vah! quid loquor?) immò sculptum. Quam ægrè Veritas adhuc se mecum conciliat! nam neque hic atramentum, vel papyrus, aut membrana vlla, sed malleolo & celte literatus silex, silens adhuc, quæ hic lateat, quod ego efferre, & effari gestio.

SERGIVS Polensis parasitus, histrio vester festiuissimus hic cubo. Hoc vnum quidem tandem sponte dictum verum est. Si quis dubitat hanc obfaciat humum: olet enim temetum, & florem vini veteris, quo satur satis viuens vixi. At si vixi vitam, tam vobis gratam, quam notam vrbi & orbi, non minus munus à vobis impetrem, oportet, adeste mihi, & fauete, edicto que huic vos subscribite, & obsignate.

Adfuitis, fauistis, obsignastis; video iam vos risum dare. Sitio huius Sentio: dictum volui esse. Quid hoc est, quod tam faciliter istuc procedit veritas? hac profectò contagione mei sitit ipsa, & mihi ipsi supparasitatur, cum vltro porum inuocata aduenit. nunc, si urbani perhiberi vultis, & veritati supparasitanti, & arenti meo cineri cantharo piaculum vinarium festinate; post valet. Abiite in rem vestram viatores optimi: his nugis, trans, ambagibusque meis condonate posthumis.

HISPANICA.

HISPALENSIA:

ANTI

ANTE PORTAM, vulgò DE LA CARNE.

Condidit Alcides, Renouauit Iulius vrben:
Restituit Christo Fernandus tertius heros.

IN CATHEDRALI.

Reuerendissimo atque Illustrissimo DIDAC^o
HURTADO DE MENDOZA; quem clarissimum
genus, insignis litterarum scientia, inuiolata in
suis Reges fides sanctissima, æquitas in omnes, re-
galis munificentia in amicos & pauperes, atque
ingens animi magnitudo & temperantia, ceber-
rimum reddiderunt; nec non Religio & pietas in
Deum Opt. Max. Hispalensem Archiepiscopum,
Alexandrinum Patriarcham, & Hispaniæ Cardi-
nalem extulerunt INACHVS LOPEZ DE MEN-
DOZA, Tendillæ Comes, Germanus natu maior,
Generalis Granatensis Capitaneus, ac Iliberitano-
rum arcis primus Præfectus, hunc fratri marmo-
reum tumulum, maiora merito Pos. Vixit ann.
LVIII. Obijt XIII. Octob. M. D. II.

AD PRAEDICATORES.

In Sacello D. THOMAE AQVIN.

PIETATI, ET POSTERITATI.

IOANNES SVBERTIVS FRANCO.

Belga Antuerpiensis,

honesti animi candore,

probitatis insigni cum laude

apud suos vixit, exterosque:

Sed apud hos, & in hac vrbe,

immaturum rapuit fatum,

Anno Christiano CIO. ICCCIV. id. Octob.

Aetatis XXX. Mens. X.

Et fieri loci commune hoc conditorium

vt pro

TOLETANA.

vt primum cepit,
ita plures capiet.

MISERATOR DEVS MISERERE.

IBIDEM.

PIAE MEMORIAE SACR.

FRANCISCAE FLORIDAE:

mulieri incomp.

matrimonio iunctae IOANNI DANIELI,

quicum annos I P. l. vixit,

quaque ætatis suæ XIX. deuixit

à Natali Christi CIO. IO. CV.

XIII. Octobris,

Primaque sui sexus hoc monumento conditur:

IOANNES FLORIDVS Brugensis

Pater filiae cariss. H. M. P. C.

Viator adita comprecans benigniter,

mortisque viuito memor.

TOLETANA.

D. O. M.

ALVARVS COMESIVS CASTER fui:

Dixeram de mea vita satis,

sed adita paululum.

Nemini vnquam sciens nocui:

Prodesse quamplurimis curavi.

Viris placui bonis; quos

potui fallere.

Verum quod nondum nosti;

de me iam fecit iudicium

iustus Iudex,

postea de omnibus palam facturus.

Tu 114